³⁵ *Ibid.*, I 19, p. 46: « Tercia vero, id est ratio, quasi aer subtilis, obtusa et mobilis, duabus predictis subtilitate et mobilitate sua se circumfundit, causas et naturas eorum investigando. Sed quia obtusa est, plerumque ad interiora veritatis non pervenit unde et verisimilibus contenta in his se exercere non desinit ».

aigüe et mobile. Elle seule est capable d'atteindre la divinité³⁶.

Quelques textes traitent *spiritus* d'un point de vue plus scientifique. Aelred de Rievaux, par exemple, parle du sens physique de ce souffle qui nous fait vivre.

Duobus alimentis vita hominis sustentatur, cibo et aere. Et sine cibo aliquamdiu potest subsistere; at sine aere, ne una quidem hora. Itaque ut vivamus, ore haurimus aerem et remittimus. Et ipsum quidem quod emittitur vel recipitur, spiritus nomen obtinuit³⁷.

Costa ben Luca tente une explication scientifique des deux sortes de *spiritus*.

Constat igitur ex his omnibus, quod in humano corpore sunt duo spiritus: unus qui vocatur vitalis, cujus nutrimentum vel sustentatio est aër et ejus emanatio est a corde, et inde mittitur per pulsus ad reliquum corpus et operatur vitam, pulsum atque anhelitum: et alter, qui ab anima dicitur animalis, qui operatur in ipso cerebro, cujus nutrimentum est spiritus vitalis; et ejus emanatio est a cerebro, et operatur in ipso cerebro cogitationem et memoriam atque providentiam, et ex eo mittitur per nervos ad cetera membra, ut operetur sensum atque motum³⁸.

Il y a pour lui deux souffles différents: l'un, situé dans le coeur, qu'il qualifie de *vitalis* et qui est l'élément vital du corps; l'autre, situé dans le cerveau, est qualifié d'*animalis* et est à

³⁶ *Ibid.*, I 19, p. 46: « Denique quarta, id est intelligentia, quasi ignis subtilis, acuta et mobilis, subtilitate, mobilitate et acumine suo, summa, ima, media, omnia circumdat et penetrat, visibilia et invisibilia in momento perlustrat, et ad ipsam divinitatem aliquando pervenit ».

³⁷ AELREDUS RIEVALLENSIS, *De spiritali amicitia*, II 22, éd. A. Hoste (« Corpus Christianorum. Continuatio Mediaevalis », I), Turnholti, 1971, pp. 306-307, l.158-162.

³⁸ COSTA BEN LUCA, *De differentia animae et spiritus liber*, 2 (trad. Johannes Hispanus), éd. C. S. Barach (« Bibliotheca Philosophorum Mediae Aetatis », II), Innsbruck, 1878, p. 130.

l'origine de la réflexion, de la mémoire et de la prévoyance.

On trouve une autre définition du *spiritus vitalis* dans le *Liber de definitionibus* d'Isaac Israeli, traduit par Gérard de Crémone.

Alius sermo de spiritu vitali. Convenerunt antiqui quod spiritus est corpus subtile procedens a corde in arteriis ad totum corpus et facit ipsum habere vitam et anhelitum per pulmonem et pulsum per arterias et ascendit sursum ad cerebrum et procedit ab eo in nervis ad totum corpus et facit ipsum habere sensum et motum. Quod si interrogati fuerimus de differentia inter animam et spiritum, dicemus quod differentia inter ea est duobus modis. Unus eorum est quoniam spiritus est substantia corporea quam corpus circumdat et comprehendit et continet; et anima est substantia incorporea spiritualis circumdans exterius et continens ipsum. Et secundus est quoniam spiritus resolvitur cum resolutione corporis et destruitur eius destructione; anima vero figitur et remanet post separacionem eius a corpore³⁹.

A la suite de sa définition, Isaac Israeli explique en quoi réside la différence entre *spiritus* et *anima*.

L'ambivalence du terme *spiritus* se retrouve dans d'autres textes et certains auteurs parlent de trois *spiritus* différents pour expliquer ce passage du physique au psychologique. Richard de Saint-Victor les définit dans un passage du *De statu interioris hominis*.

Nam, ut, secundum physicos, de his aliquid loquar, sicut sedem habet in capite spiritus animalis et in hepate spiritus naturalis, sic sedem sortitur in corde spiritus vitalis. Et, sicut per spiritum animale corpus sensificatur et modificatur, et sicut per spiritum naturalem vegetatur, sic per spiritum vitalem vivificatur. Est itaque

³⁹ ISAAC ISRAELI, *Liber de defnicionibus*, I, éd. J. T. Muckle, « Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge », XI (1937-1938), pp. 318-319.

omnis sensus, omnisque motus voluntarius a spiritu animali, vegetatio autem a spiritu naturali, vita vero a spiritu vitali ⁴⁰.

Il y a pour lui un *spiritus naturalis* qui assure le développement, un *spiritus vitalis* qui est le principe vital, et un *spiritus animalis* qui est la source de la sensation et du mouvement.

On retrouve cette triple distinction chez Guillaume de Saint-Thierry, mais il ne s'agit pas pour lui de trois *spiritus* distincts; il les considère plutôt comme trois puissances distinctes de l'âme. Le *spiritus vitalis* est appelé ici *spiritualis*.

Spiritus autem est virtus virtutum ad peragendas suas actiones. Est enim spiritus quaedam vis animae, per quam virtutes suos actus operantur: naturalis scilicet in epate, spiritualis in corde, animalis in cerebro. Istae enim tres virtutes vel tres spiritus fundantur in tribus principalibus membris istis, epate, corde, cerebro, et ab his in totum corpus diffunduntur. Spiritus ergo spiritualis vel ejus virtus fundata in corde, operatur dilatationem et constrictionem... ⁴¹.

On le voit, la doctrine du *spiritus* n'est pas encore bien établie au 12^e siècle. Elle varie d'auteur à auteur. Tous essaient de rendre compte des aspects différents du souffle, qu'il soit matériel ou immatériel, mais on ne trouve pas encore de théorie bien structurée concernant cette notion. Il faudra attendre le 13^e siècle et, en particulier, l'oeuvre d'Albert le Grand, pour avoir une vision plus nette et plus élaborée de ce concept.

3. Les auteurs du 13^e siècle

Les philosophes du 13^e siècle tout en reprenant certaines idées et théories de leurs prédécesseurs vont élaborer une doc-

⁴⁰ RICARDUS DE SANCTO VICTORE, *De statu interioris hominis*, I 7 (« PL », 96), (1885), col. 1120C-D.

⁴¹ GUILLELMUS ABBAS SANCTI THEODORICI, *De natura corporis et animae*, I (« PL », 180), (1855), col. 701A.

trine du *spiritus* beaucoup plus précise qu'au siècle précédent. Après les tâtonnements et les hésitations qui caractérisaient les textes du 12^e siècle, les grands penseurs de la scolastique parviennent à donner à la notion de *spiritus* un contenu bien précis qui aboutira à une terminologie plus technique et plus spécialisée.

Mais avant d'aborder les textes d'Albert le Grand et des maîtres de l'école franciscaine, il convient de citer un certain nombre de textes qui mettront en valeur la richesse conceptuelle de *spiritus*.

Faisant la transition avec le siècle précédent, Guillaume d'Auvergne s'efforce d'établir une distinction nette entre *anima* et *spiritus*.

Nec te conturbet quod antiqui philosophi latinorum aëra ipsam animam vocaverunt. Similiter et spiritum gens Hebraeorum vocat ventum; quapropter ii ventum non aliud intelligere potuerunt adhuc quam aëra. Nec est mirum si aëra spiritum vocaverunt; cum apud nos etiam spiritus, et aër, et anima, et omnis substantia nobilis abstracta usitatissime nominatur. Verum tu debes scire in hoc quod ipsi Philosophi Italici inter animum et animam, quemadmodum nos inter spiritum et animam distinguunt; animam quippe nos ab eo quod animat, hoc est vivificat, administrat et regit corpus: spiritum vero eam nominamus ad se ipsam absque comparatione ipsius ad corpus. Et intendo quod quantum ad vires per quas operatur in corpore per illud anima est. Spiritus autem absolute et simpliciter atque essentialiter.

Nec intelligas quod duo numero quod est dicere subjecto et essentia, hoc est necessitate essendi et veritate, sunt anima et spiritus, et quod ex illis composita sit anima vel spiritus, vel tertium aliquid ex ambobus, ut faciam te scire in sequentibus. Animus vero apud Philosophos, ut praedixi, idem qui et spiritus apud nos ...⁴².

Avec Robert Kilwardby, on se trouve face à une conception augustinienne du *spiritus*. Cette doctrine augustinienne con-

⁴² GUILLELMUS ALVERNUS, *De anima*, II 6, in *Guilielmi Alverni episcopi parisiensis ... opera omnia*, Parisiis, 1674, vol. 2, f. 77b-78a.

naîtra une grande influence pendant le moyen âge et de nombreux penseurs la reprendront pour élaborer leur propre théorie. Pour saint Augustin, *spiritus* désigne la partie imaginative et sensitive de l'âme, par opposition à *mens* qui constitue la partie supérieure de l'âme⁴³. Kilwardby reprend ce sens augustinien dans son *Commentaire aux Sentences*.

Puto enim secundum Augustinum quod sicut in humana anima sic in persona angelica pars sit quedam mente inferior, que vocatur secundum Augustinum, spiritus, secundum philosophos ymaginativa, ubi exprimuntur corporalium rerum similitudines⁴⁴.

Quant à Pierre d'Espagne, il reprend une théorie que nous avons trouvée tant chez Richard de Saint-Victor que chez Guillaume de Saint-Thierry. Il s'agit des trois *spiritus* qui assurent chacun une fonction essentielle dans l'être humain.

Distinguitur autem triplex spiritus: vitalis primus qui a corde sumens initium vitam influentem et virtutes vitam continentis ad membra singula a suo dirigit fundamento, et naturalis secundus qui ab epate incipiens virtutes naturales nutritiva ad omnia membra delegat et animalis tercius qui a cerebro sumens ortum virtutes sensibiles ac motivas ad omnia membra transportat. Censetur autem anima in homine cum quodam modo una sit unum medium commune exigere sibi conforme quo corpori uniatur et hic est spiritus⁴⁵.

Cette théorie sera reprise et développée dans différents textes scientifiques.

⁴³ Cf. *De genesi ad litteram*, XII 9: « Qui modo quodam proprio vocatur spiritus vis animae quaedam mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimuntur ». (« *Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum* », vol. XXVIII, III²), Pragae-Vindobonae-Lipsiae, 1894, p. 391.

⁴⁴ OXFORD, *Merton College*, 131, f. 11 a (cité par M.-D. CHENU, *Le « De spiritu imaginativo »*, de R. Kilwardby, O.P., 1279, « *Revue des Sciences philosophiques et théologiques* », XV (1926), p. 509).

⁴⁵ PETRUS HISPANUS, *De anima*, XII 3, éd. M. Alonso (« Consejo Superior de Investigaciones Científicas », Ser. A, I), Madrid, 1941, p. 532.

Albert le Grand

Albert le Grand présente un exposé très complet de la doctrine du *spiritus* dans quelques questions de la *Summa de creaturis* ainsi que dans le *Liber de spiritu et respiratione* ⁴⁶. Sa théorie est intéressante parce qu'elle s'inspire non seulement d'Aristote et de son commentateur Alexandre d'Aphrodise, mais aussi de Costa ben Luca, d'Isaac Israeli et d'Avicenne. On se trouve avec Albert le Grand aux confins de la science et de la philosophie et la synthèse qu'il présente vaut qu'on s'y arrête quelque peu ⁴⁷.

En ce qui concerne la doctrine du *spiritus*, Albert le Grand est, en effet, héritier d'une très longue tradition. L'influence de la médecine grecque et spécialement d'Erasistrate et de Galien sera déterminante à ce niveau ⁴⁸. Les notions de *spiritus*

⁴⁶ Cf. E. BERTOLA, *La dottrina dello « spirito » in Alberto Magno*, « Sophia », XIX (1951), pp. 306-312.

⁴⁷ L'ambiguïté du terme *spiritus* n'avait pas échappé à Albert le Grand: « Relinquitur autem ex dictis, quod nomen *spiritus* aequivoce dicitur de anima et spiritu corporeo: anima enim apud Platonicos dicitur spiritus eo quod ipsa spirat effective ad vitam: unde suum spirare est movere et agere spiritum et informare ad vitae operationem. Spiritus autem, de quo diximus, dicitur essentialiter spiritus, eo quod est substantia spiritualis subtilis et tenuis.

Si quis autem dicat animam proprie et essentialiter dici spiritum, hoc non erit verum secundum quod Philosophi utuntur hoc nomine, *spiritus*: sed hoc erit secundum scientiam divinam: divini enim in multis significationibus hoc nomine *spiritus* utuntur: aliquando quidem pro animae superiori parte: aliquando pro imaginativa, eo quod dicunt quod spiritus est vis animae quaedam mente inferior, in qua imagines rerum imprimuntur: sed hoc modo non sumus hic locuti de spiritu, eo quod in hoc opere non nisi physica tractare suscepimus ». (*De spiritu et respiratione* II 2, 4, (« Alberti Magni opera omnia »), éd. A. Borgnet, vol. IX, Parisiis, 1890, p. 250).

⁴⁸ Cf. à ce sujet L. G. WILSON, *Erasistratus, Galen and the Pneuma*, « Bulletin of the History of the Medicine », XXXIII (1959), pp. 293-314;

vitalis, animalis et naturalis qu'il utilise remontent à Galien. Elles transiteront par le canal de la science arabe jusqu'aux médiévaux.

A côté de ces éléments issus de la science grecque, Albert se trouve face à la conception hylémorphique du *spiritus* héritée de la scolastique judéo-arabe qui définit le πνεῦμα comme une substance intermédiaire entre le corps et l'âme. Il rejette cette conception.

Aliqui enim fuerunt, qui dixerunt omnino incorporeum et omnino grossum corporeum conjungi non posse sine medio quod conveniat cum utroque: et hoc dicunt spiritum esse, qui subtilitate sua convenit cum anima, et corporeis dimensionibus convenit cum corpore. Haec autem sententia nullam prorsus habet veritatem, et est contra omnia dicta Peripateticorum: quoniam spiritus non est medium quo anima jungatur corpori: eo quod sine medio unita est ei sicut omnis perfectio suo perfectibili sine omni unitur medio ⁴⁹.

En fait, l'opposition d'Albert le Grand à cette théorie ne vaut que *quoad substantiam*, puisqu'il reconnaît que l'âme a un rôle actif qui est d'être le moteur du corps. Pour ce faire, l'âme a besoin d'un instrument. Et c'est le *spiritus* qui joue ce rôle. « Spiritus est per quem anima operatur in corpore. Et ideo hoc errore abjecto, dicamus quod spiritus est instrumentum animae » ⁵⁰.

Albert le Grand définit le *spiritus* en faisant appel aux conceptions héritées de la science grecque. « Generale medium est spiritus qui secundum medicos corpus est medium inter aerem et ignem, et est triplex, scilicet naturalis, animalis et vitalis » ⁵¹.

F. CIRENEI, *La fisiologia di Galeno* (« Scientia veterum » - 23. Collana di Studi della Cattedra di Storia della Medicina dell'Università di Genova), Genova, 1961.

⁴⁹ *De spiritu et respiratione*, I 1, 8, p. 225.

⁵⁰ *De spiritu et respiratione*, I 1, 8, p. 225.

⁵¹ *Summa de creaturis*, pars II, tract. I, q. 78 (« Alberti Magni Opera omnia »), éd. A. Borgnet, vol. 35, Parisiis, 1896, p. 637.

A l'inverse de l'âme, toute spirituelle, il est donc corporel et se mélange de façon intime à tout l'ensemble de l'organisme. « Spiritus autem secundum se totus infunditur corpori, et miscetur in nulla sui parte separatus existens »⁵².

Sa nature corporelle ne l'empêche cependant pas d'être étroitement uni à l'âme. « [...] ita hoc unum instrumentum junctum est animae, per quod in toto corpore inducit omnes universaliter formas et operationes vitae [...] »⁵³.

Le *spiritus* est lui-même composé de matière et de forme.

[...] spiritus enim omnes generantur a corde quantum ad substantiam suae materiae: sed tamen formam ad opera specialia accipiunt in quibusdam aliis membris: spiritus enim ad operationem nutrimenti formam accipit in hepate, sed ad operationem motus et sensus formam accipit a cerebro, et ad operationem vitae formam accipit a corde⁵⁴.

Héritier de Galien, comme nous l'avons vu, Albert le Grand adopte la théorie de la tripartition du *spiritus*⁵⁵.

Generale medium est spiritus qui secundum medicos corpus est medium inter aerem et ignem, et est triplex, scilicet naturalis, animalis, et vitalis. Naturalis autem est instrumentum trium virium animae vegetabilis: vitalis vero est ille per quem anima a corde vitam et pulsum operatur in toto corpore: animalis vero deservit praecipue viribus existentibus in capite, sive sint motivae, sive apprehensivae⁵⁶.

⁵² *De spiritu et respiratione*, II 2, 4, p. 250.

⁵³ *De spiritu et respiratione*, I 1, 4, p. 220.

⁵⁴ *Summa de creaturis*, pars II, tract. I, q. 43, art. 3, p. 373.

⁵⁵ *De spiritu et respiratione*, I 2, 1, p. 231: « Horum autem opiniones in tantum videtur sequi Galenus, qui dicit nullo modo idem esse principium naturalis spiritus, quod est principium spiritus animalis: cum naturalis spiritus per venas operetur et fluat ab hepate: principium autem animalis dicit esse in cerebro per nervos sensibiles et motivos: principium autem spiritus vitalis asserit esse in corde per arterias ».

⁵⁶ *Summa de creaturis*, II 1, 78, p. 637.

Les activités du *spiritus* seront donc de trois ordres: le *spiritus naturalis* s'occupera des fonctions végétatives⁵⁷, le *spiritus animalis* des opérations sensibles et même intellectuelles⁵⁸, le *spiritus vitalis* s'occupera de la production et du maintien de la vie⁵⁹.

On comprend dès lors comment Albert le Grand en arrive à ces deux définitions du *spiritus*: « Est enim vehiculum quod animae vires vehit in organa corporis, et quod perficit vires in organis ad operationes »⁶⁰.

« Dicamus igitur spiritum vivorum esse compositum corpus ex elementis, habens formam aeris, animae organice deserviens ad omnes vitae actus »⁶¹.

D'autres auteurs font allusion à l'aspect scientifique du *spiritus*⁶². Mais comme ces textes ne présentent pas d'éléments nouveaux, nous ne nous y attarderons pas.

⁵⁷ Cf. *De spiritu et respiratione*, I 2, 6, p. 239: « Spiritus enim naturalis turbidus est et grossus et calidus quasi calore bulliente: propter quod etiam in vulneratis circa loca nutrimenti et superviventibus auditur spiritus quasi ollae bullientis. Tales enim proprietates sunt necessariae loco digestionis, qui fumosus est: et ideo turbans spiritum, neque retineret fortem caliditatem, nisi esset spissus, neque iterum nondum assimilatum nutrimentum converteret, nisi esset calidus valde: quando enim ex contrajacentibus dirigitur alimentum passionibus, oportet majoris vigoris esse agentia quam quando de simili efficitur similis. Nutrimentum autem quando primo cadit in vas nutrientia, omnino dissimile est: et oportet quod spiritus naturales qui ad decoctionem deserviunt, sint calidiores et efficacioris operationis in convertendo et complendo massam cibalem ».

⁵⁸ Cf. *De spiritu et respiratione*, I 2, 4, p. 237: « Sentire autem et imaginari et memorari et intelligere animae vocantur opera: et ideo vires illae et spiritus animales vocantur ».

⁵⁹ Cf. *De spiritu et respiratione*, I 2, 3, p. 235: « Cum autem *vitalis spiritus* dicitur, intelligitur spiritus indistincte et communiter operans vitam, quae quidem vita viventibus est esse et perfectio ».

⁶⁰ *De spiritu et respiratione*, II 2, 4, p. 250.

⁶¹ *De spiritu et respiratione*, I 1, 4, p. 219.

⁶² Cf. IOANNES DE RUPELLA, *Tractatus de divisione multiplici potentiarum animae*, II 30: « Sequitur de spiritu. Quoniam spiritus, sicut dicit Avicenna

Pour dresser un éventail complet des différents sens que *spiritus* a revêtus pendant le 13^e siècle, il reste à présenter la dimension spirituelle et théologique du terme. En effet, de nombreux textes de cette époque témoignent de cette orientation. La plupart d'entre eux sont l'oeuvre d'auteurs franciscains. Il nous a donc semblé utile de les rassembler et de reconstituer brièvement à l'aide de quelques exemples la doctrine du *spiritus* en vigueur dans l'école franciscaine du 13^e siècle.

L'école franciscaine du 13^e siècle

Pendant la première moitié du 13^e siècle, Alexandre de Halès donne plusieurs définitions différentes de *spiritus*. On retrouve dans l'une l'influence de saint Augustin, du *De spiritu et anima* et de Jean Damascène⁶³.

est lator virtutis et vehiculum sensus et motus, ideo notandum quod triplex est spiritus, sicut triplex virtus, spiritus naturalis, vitalis et animalis, quemadmodum et Iohannitius dicit; naturalis spiritus sumit principium ab epate, vitalis a corde, animalis a cerebro. Naturalis enim vadit ab epate in venas, que non habent pulsum in totumque dirigitur corpus; vitalis a corde in arterias, animalis autem a cerebro in nervos dirigitur ad sensum et motum faciendum. Sed contra predicta videtur dicere Avicenna in capitulo de virtute animali, dicens: Quemadmodum ex humorum spissitudine secundum aliquam complexionem substantia generatur spissa, que est membrum aut pars membri, ita ex humorum vaporibus et eorum subtilitate secundum aliquam complexionem substantia generatur subtilis, que est spiritus; et sicut apud medicos epar prime generationis principium existit, ita cor secunde generationis est principium, etc. ... Ex quo videtur quod omnis spiritus substantialiter procedit a corde, quod verum est uno modo; unde dicendum quod materialiter, sive originaliter, omnis spiritus procedit a corde, sed formatur in epate naturalis, in cerebro animalis, et ideo formaliter naturalis procedit ab epate, vitalis a corde, sicut dicit Iohannitius et etiam Avicenna ». (JEAN DE LA ROCHELLE, *Tractatus de divisione multiplici potentiarum animae*. Texte critique avec introduction, notes et tables publié par P. Michaud-Quantin (« Textes philosophiques du moyen âge », XI), Paris, 1964, pp. 105-106).

⁶³ Cf. *Sancti Aurelii Augustini De Genesi ad litteram*, XII 7, 16 et 18;

Hieronymus, libro *De littera et spiritu*: Spiritus dicitur ventus; unde Psalmus: *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis*. Spiritus etiam dicitur sensibilis vel vegetabilis anima. Dicitur et spiritus humanus, I Cor. 2, 11: *Quis novit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis?* Dicitur spiritus angelus, 1 ad Hebr., 14: *Omnes sunt administratorii spiritus*. Dicuntur spiritus daemones, cum hac determinatione « spiritu maligni ». Dicitur etiam ipsa substantia animae rationalis spiritus: et secundum hoc dixit Augustinus supra: « Anima dicitur ad corpus, spiritus ad se dicitur ». Dicitur etiam spiritus illa pars animae in qua sunt imagines, et de illa dicitur spiritualis visio. Est enim visio triplex: corporalis, spiritualis, intellectualis, ut dicit Augustinus, *Super Genesim* et II Cor. 12, 2: *Scio hominem*. Dicitur etiam spiritus increatus, et tenetur tum essentialiter tum personaliter. Essentialiter, 4 Ioan., 24: *Deus est spiritus*; tenetur etiam personaliter, cum hac determinatione « sanctus »⁶⁴.

Dans ses *Quaestiones disputae*, Alexandre de Halès donne une autre définition de *spiritus*. Certains éléments sont repris à saint Augustin et au *De spiritu et anima*⁶⁵. On y retrouve aussi l'influence de Costa ben Luca⁶⁶.

Spiritus accipitur multipliciter. Spiritus enim aliquando accipitur pro corpore spirituali, sicut utuntur naturales et medici hoc nomine 'spiritus'. Item spiritus dicitur secundum quod est spiritualis vis, in qua imagines corporum non praesentibus corporibus recipiuntur; sic visio spiritualis eadem est quod imaginaria; et sic spiritualis visio dividitur contra corporalem et intellectualem. Item accipitur spiritus aliquando pro ipsa substantia animae secundum se

ALCHERUS CLAREVALLENSIS (?), *De spiritu et anima*, 9; JOHANNES DAMASCENUS, *De fide orthodoxa*, XIII.

⁶⁴ *Glossa in quatuor libros Sententiarum*, I 10, 9, studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae, Quaracchi, 1951, vol. 1, p. 132.

⁶⁵ Cf. *Sancti Aurelii Augustini De Genesi ad litteram*, XII 7, 18; ALCHERUS CLAREVALLENSIS (?), *De spiritu et anima*, 9.

⁶⁶ Cf. COSTA BEN LUCA, *De differentia animae et spiritus liber*, 2.

ipsam; secundum enim quod per se sumitur, spiritus dicitur; secundum autem quod ad corpus comparatur anima ⁶⁷.

La troisième définition, extraite de la *Summa theologica*, présente un autre aspect du terme ⁶⁸.

Spiritus dicitur a spirando active, eo quod spiret, secundum quod dicitur Ioan. 3, 8: *Spiritus ubi vult, spirat*, et hoc modo hoc nomen 'Spiritus' commune est tribus personis in Trinitate; sed per appropriationem convenit Spiritui Sancto. Alio modo dicitur a spirando passive, eo quod spiretur; et hoc modo proprium est Spiritus Sancti, qui procedit per modum spirationis ...

Les différents éléments contenus dans ces trois définitions vont être structurés et développés par saint Bonaventure qui donnera, le premier, une définition tout à fait élaborée de *spiritus*.

Dicendum, quod hoc nomen *spiritus* reperitur in *corporibus*, in substantiis *rationalibus* et in *Deo*; et licet in Deo sit propriissime, quia propriissime est in eo spiritualitas et spiratio, tamen ratio cognoscendi et dicendi tanquam a posteriori incipit a substantia corporali.

In substantia autem *corporali* spiritus dicitur dupliciter: aut a *spiritualitate* contra corpulentiam; et sic dicitur absolute, et vocatur spiritus *corpus subtile*, sicut accipitur in libro de Differentia spiritus et animae; aut a *spiratione*; et sic dicitur spiritus *flatus*, sicut accipit Chrysostomus, Ioannis tertio: *Spiritus ubi vult spirat* etc. Et in Psalmo: *Ignis, grando, spiritus* etc.

Secundum hunc duplicem modum accipitur in substantia *spirituali* sive rationali, aut a *spiritualitate* contra corporeitatem; et sic substantia rationalis vel eius potentia interior dicitur spiritus,

⁶⁷ *Quaestiones disputatae « Antequam esset frater »*, I 18, disp. I 3, studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae, Quaracchi 1960, vol. 1, p. 297.

⁶⁸ *Summa theologica*, I, pars II, inq. II, tract. II, sect. I, quaest. II, 427, éd. B. Klumper, studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae, Quaracchi, 1924, p. 620.

Ecclesiastis tertio: *Quis novit, si spiritus filiorum* etc.; aut a *spiratione*; et sic affectus vel amor dicitur spiritus. Et ratio huius est, quia actus spirationis in corpore est actus *internus*, actus *continuus*, actus *vivificus*, et habens originem a *calore*. Quia igitur egressus amoris, ut amor est, venit ab *intrinseco*; et amor est actus *vivificus*, quia amor est vita; et iterum amor est actus *continuus*, quia continue debet reddi amor, et tunc est perfectus, quando homo sic amat; rursus est *calor* spiritualis: ideo solus amor dicitur spiritualiter spirari; et sic accipitur illud primae ad Thessalonicenses ultimo: *Ut integer spiritus* etc.

Secundum hunc duplicem modum accipitur in *divinis*. Nam secundum quod spiritus dicitur a spiritualitate, sic convenit toti Trinitati; nam tota Trinitas caret corporeitate et materialitate; et sic est nomen absolutum, Ioannis quarto: *Spiritus est Deus*. Secundum autem quod dicitur a spiratione, sic convenit illi soli personae, quae procedit ut amor, ratione iam dicta. Spirari enim in spiritualibus solius est amoris; et quoniam amor potest spirari recte et ordinate, et sic est purus; vel indirecte et immunde, et sic est libidosus: ideo persona illa, quae est amor, non tantum dicitur Spiritus, sed Spiritus sanctus⁶⁹.

On le voit, saint Bonaventure rassemble les divers éléments épars dans la plupart des textes de ses prédécesseurs. Il veut rendre compte des trois fonctions principales du terme: la fonction physique, la fonction psychologique et la fonction spirituelle. Il organise sa définition autour d'une double dépendance: *spiritus* se rattacherait d'une part à *spiritualitas* et d'autre part à *spiratio*. Bonaventure ne se contente pas de regrouper les composantes héritées de ses devanciers. Il développe en outre toute une conception théologique du terme et lui donne sa véritable dimension spirituelle.

L'originalité de saint Bonaventure se situe à ce niveau. L'essentiel de sa définition se retrouvera chez d'autres auteurs

⁶⁹ S. Bonaventurae Opera omnia ... edita studio et cura PP. Collegii a S. Bonaventura, Quaracchi, 1882, t. I, dist. 10, art. 2, q. 3, concl.

de l'école franciscaine. Henri de Gand, par exemple, reprend partiellement la doctrine du Docteur Séraphique.

[...] sciendum est quod hoc nomen spiritus uno modo dicitur a spiritualitate, appellando qualemcumque rem prae naturae suae subtilitate spiritualem spiritum, secundum quod etiam ventus spiritus dicitur et hoc modo spiritus est in divinis nomen naturae sive essentiae, et penitus absolutum, conveniens tribus personis, ut procedunt duo prima obiecta. Et hoc modo deus essentialiter supponens et communiter pro tribus personis, dicitur spiritus. Ioan. III: Deus spiritus est. Alio autem modo dicitur spiritus ab actu spirandi scilicet quia spiratur et spiratione esse habet, et quasi per expulsionem sive excussionem a spirante de eo de quo spiratur secundum quod supra declaratum est: assignando differentiam inter generationem et spirationem. Hoc autem modo nominando spiritum; spiritus in divinis est nomen personae, non essentiae: et penitus relativum, conveniens solummodo tertiae personae in divinis: et est institutum a proprietate personali relativa quae est spirari: sicut genitum impositum est a proprietate relativa quae est generari, secundum modum superius expositum de genito: et iam exponetur de spiritu sancto. Quia ut dicit Aug. V de tri. ca. XI: Spiritus sanctus in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus, relative dicitur: sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine sicut in hoc nomine donum. Quod autem cum nomine spiritus adiungitur sanctus, hoc fit per Antonomasiam: quia huic spiritui sanctitas appropriatur: ut spiritus iste ab aliis spiritibus discernatur: ut sit idem ex parte tertiae personae in divinis spiritum esse quod est ex parte personae secundae genitum esse et secundum hoc bene procedit tertia obiectio⁷⁰.

Tout en se basant sur la double filiation du terme qui figurait dans la définition de saint Bonaventure, Henri de Gand décrit la notion de *spiritus* d'une manière originale et personnelle.

Richard de Mediavilla, par contre, donne une définition

⁷⁰ HENRICUS GANDAVENSIS, *Summa Quaestionum Ordinarium*, art. 61, q. 1 [Parisiis], 1520, vol. II, f. 174r.

beaucoup plus semblable à celle du Docteur Séraphique. A plusieurs endroits, le texte est repris littéralement.

[...] hoc nomen spiritus, invenitur in corporibus, et in creatura rationali, et intellectuali, et in Deo maxime: quia in eo maxime est spiritualitas, et spiratio, et quolibet istorum modorum potest accipi: vel secundum quod dicitur a spiritualitate, vel secundum quod dicitur a spiratione; spiritus in corporibus, secundum quod dicitur a spiritualitate, dividitur contra corpulentiam, sive grossitiem; et sic dicitur spiritus quoddam corpus subtile, mediante quo anima facit operationes naturales, et animales in corpore: secundum Constabulum in lib. de differentia spiritus et animae. Secundum autem quod dicitur a spiratione: sic dicitur flatus, et sic accipit Chrys. homel. 26 super Ioan. ante medium exponens illud Ioan. 3. Spiritus ubi vult, spirat. Secundum autem quod spiritus accipitur in creatura rationali, vel intellectuali, in quantum dicitur a spiritualitate: sic dividitur contra corpus, et sic substantia rationalis, dicitur spiritus, et sic accipitur in Eccles. ubi dicitur c. 3. Quis novit si spiritus filiorum Adam etc. Secundum autem quod dicitur a spiratione, sic amor dicitur spiritus. Et ratio est haec, quia spiratio in corpore, est actus internus; et actus vitalis habens originem a calore, sic in substantia rationali, vel intellectuali; amor, est actus internus: quia remanet in amante, et actus vitalis: quia amor, est vita animae. Unde Hugo in soliloquio de arra sponsae, quasi in principio loquens animae suae, ait: Scio anima mea, quia vita tua dilectio est. Similiter dico, quod in divinis potest accipi spiritus, secundum quod dicitur a spiritualitate: et sic dicitur absolute, et convenit toti trinitati: vel secundum quod dicitur ab spiratione: et sic convenit illi soli personae, quae procedit, ut amor, quia illa sola spiratur. Et quia solus spiritus sanctus, in divinis procedit ut amor: ideo sola persona spiritus sancti, est spiritus; secundum quod spiritus dicitur a spiratione: et quia est amor recte et ordinate spiratur. Ideo non tantum dicitur spiritus, sed etiam spiritus sanctus. Per hoc patet quomodo debeat responderi ad argumenta ad utramque partem ⁷¹.

⁷¹ RICARDUS DE MEDIAVILLA, *Super quatuor libros Sententiarum*, I, d. 10, q. 3, Brixiae 1591, f. 108b.

L'école franciscaine du 13^e siècle présente une doctrine élaborée du *spiritus* faisant appel à toutes les dimensions du terme. La définition donnée par les différents auteurs de cette école se retrouve en substance dans le Lexique philosophique de Toulouse⁷². Les divers éléments rencontrés tant dans les textes du 12^e que du 13^e siècle ont été repris par l'auteur de ce glossaire philosophique, qui nous livre la définition la plus complète du concept.

Les textes des 12^e et 13^e siècles qui ont été cités témoignent du glissement de *spiritus* d'un sens physique et biologique vers une dimension spirituelle. L'orientation spécifique du terme est plutôt psychologique au 12^e siècle, alors que les aspects scientifique et théologique semblent caractériser les textes du 13^e siècle. On peut dire que c'est à cette époque que la notion de *spiritus* s'ouvre vraiment aux réalités divines.

Ce terme est un excellent témoin de l'évolution sémantique du vocabulaire pendant la période médiévale. On peut conclure avec le Père Chenu: « Le mot *spiritus* [...] est [...] le terme qui, le plus affecté par de continuelles interférences, sera employé d'un bout à l'autre du champ des expériences psychologiques, depuis la biologie immergée dans le corp jusqu'à la plus spirituelle contemplation à la fine pointe de l'esprit. Ainsi apparaîtra-t-il tour à tour, selon les contextes, avec la plus grande extension, ou avec la plus spécifique compréhension. Il y a beau temps que la richesse d'un mot ne se mesure pas à sa précision scolaire: le *coeur* de Pascal a relayé pour la langue française, l'intraduisible sémitique *cor* de la Bible. Aussi bien, dans tous les temps, la vie de l'« esprit » est-elle la plus irréductible aux définitions stables, objectivement communicables entre philosophes, théologiens ou spirituels »⁷³.

⁷² Cf. *supra* p. 164.

⁷³ M.-D. CHENU, *Spiritus. Le vocabulaire de l'âme au XII^e siècle*, « Revue des sciences philosophiques et théologiques », XLI (1957), p. 210.